

F. L V Y S I I L E-  
G I O N E N S I S A V G V S T I-  
N I A N I D I V I N O R V M L I-  
B R O R V M P R I M I A P V D S A L-  
M A N T I C E N S E S  
I N T E R P R E T I S.

I N C A N T I C A C A N T I C O R V M S O L O,  
M O N I S E X P L A N A T I O.

*Ad serenissimum Principem Albertum, Austriae  
Archiducem, S. R. E. Cardinalem.*



S A L M A N T I C Æ,  
Excedebat Lucas à Junta. M. D. LXXX.

C V M P R I V I L E G I O.

*f. ille son. de aseuado. f. m. de belledo. 120*

FR. Petrus Xuarez ordinis DOMINI. PATRI. Augustini in Prouincia Castellae prior prouincialis Fratri Luysio Legonnensi Theologiae professori, atque magistro eiusdem ordinis, & voti. S. Quoniam officij nostri est, religionis bono & honori, in ijs præcipue rebus quæ ad publicam proximorum utilitatem spectant, omni ratione seruire, & ad idem excitare, & adhortari omnes huius prouinciae viros à quibus id commodè fieri posse intelligimus. quoniamque scimus plura & ad sacrarum literarum explanationem, & ad Theologicas quæstiones pertinentia scripsisse, quæsi edantur sint publicè utilia futura, idcirkò tenore præsentium, & nostri officij auctoritate in virtute Spiritus sancti, & in meritum sanctæ obedientiæ tibi præcipimus, vt quos habes confessos in Canticum Cantorum Solomonis commentarios primum, deinde reliqua omnia, quæ & in sacras literas & de Theologicis quæstionibus commentatus es, typis mandes. Datum Salmanticæ XI. Calend. Ianuarij. Ann. M. D. LXXVIII.

F. Petrus Xuarez  
Prouincialis.

\* 2 EX-

S E R E N I S I S M O  
P R I N C I P I A L B E R T O A V -  
S T R I A E A R C H I D V C I S. R. E.  
Cardinali, F. Luysius Legionensis  
Augustinianus  
S. P. D.

V O D , E T L I T E -  
rarum studia colis, & stu-  
diosos literarum diligis, id-  
que præteipse fers, & cun-  
ctis notum esse vis, in spem  
veni, Alberte Principum de-  
cus, si hos meos in Cantica  
Salomonis Commétarios tuæ celstitudini, quod  
nunc facio, dicasse, id tibi non ingratum futu-  
rū. Eoq; magis adductus sum, id vt facere aude-  
rem, quòd me in iheram superiore anno, cù obse-  
quiū tibi meum, atque adeo me ipsum totum  
offerrem, quali me & vultus hilaritate, & ver-  
borum coitate excepisses: quodq; ex Alphon-  
so Coloma cubiculario tuo postea cognoue-  
ram, memoriam mei non abieciisse te, sed è tuo  
isto fastigio ad meam humilitatem nonnun-  
quam despicere, & in tuis sermonibus mentio-

# CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS.

**S**ALOMON HOC IN carmine, quod conscripsit dictante illi Spiritu sancto, mutuum inter Deum, & homines amorem exposuit, id est, Christi tum erga Ecclesiam totam, tum erga fideleis singulos amorem. Exposuit autem non ipfos, aut Christum, aut Ecclesiam palam loquenteis inducens, sed introducens tanquam in scenam inter se amanteis coniuges duos, qui Christi, & Ecclesiae personam sustinerent, & mutua erga se charitate exprimerent summam illam, & cælestem coniunctionem amoris, quæ est inter Christum, & Ecclesiam. Itaque tota huiuslibri oratio, figura est, & allegorica. Allegoricam dico, non ea allegoria, quam D. Paulo authore, inducunt Theologi, cum in sacris literis, à literę, quem vocant sensu, allegoricum sensum distingunt: sed quam tradunt rhetores effici ex perpetua metaphora. Constat autem oportere, ut quod isto modo figuratè, & allegoricè dicitur, id omne ducatur ex eius rei natura, è quasimilitudo transfertur, id est, ex eare, quæ palam

A adhibe-

*Orig. pro  
lo. in can.*

*Psell. pro  
lo. in can.*

*Hiero. li.  
I. aduers.*

*Iou. Ber-  
nar. hom.*

*8. in can.*

*Lyran in  
c. 4. cantii  
corum.*

**S A L M A N T I C Ā,**  
*Excudebat Lucas à Junta.*      **M D L X X X .**

**C V M P R I V I L E G I O .**